

cis auctoritas , cui Herculem beneficiario sibi jure obnoxium vinci , ac pessum dari minime conduceret : anni demum tempus autumno in hyemem labente , quo neque arma commode tractari , neque imis , ac palustribus locis , in quibus pleaque Herculis oppida sita erant , munera militaria obiri poterant . His adducti Patres Herculis animum labantem erigunt , confirmant , spem injiciunt , brevi eos turbines cum illius prudentia , ac virtute , tum Pontificis auctoritate depulsum iri : quibuscumque possent officiis , ut arma conquiescant , operam datus , quidquid ex Reipublicæ ditionibus commodi sibi accedere possit , liberaliter pollicentur , ac deferunt .

Octavius Farnesius , eductis copiis , kal. octobris bellum auspiciatus , Monticulum agri Regiensis , admotis tormentis , metu ad dditionem compulit : inde Sancti Pauli oppidum ab omnibus imparatum rebus recepit . Minutis præliis , atque parvis oppugnationibus vario eventu hinc , atque inde anni exitu iis in locis dimicatum . Quo tempore Venetiis Ziliæ Dandulæ , Laurentii Principis conjugis , Ducis inauguratio lætissimum , veteris instituti memoria renovata , civitati spectaculum præbuit ; cum a Paschalis Maripetri Ducis tempestate usque ad ea tempora centum annorum cursu elapso exolevisset , nulla que eo cultu matrona id dignitatis fastigium attigisset . E Barbaricis ædibus in divisorum Gervasii & Prothasii vico sitis Senatus frequens aurea talari veste amictam , ducale caput in fula redimitam , magno matronarum comitatu stipatam , bucentauro excepit , & ad aream usque divi Marci perducit , egrediam per forum , quo ingens populi multitudo confluxerat , mediam inter Marcum Centanum , & Antonium Justinianum ex sexviris seniores , plausibus , ac multitudinis acclamati bus perstrepentibus : quacumque incederet auleis , statuis , obeliscis , fornicibus , se in obtutum dantibus , ad ædes Principis Patres deduxere .

1557
Senatus ee-
sponsum .

Octavius
Farnesius
Ferrariæses
ditiones in-
vadit .

Ziliæ Dan-
dula , Prioli
Principis
uxoris , inau-
guratio .

M. D. LVIII.

BEllum Ferrariense interea lente procedebat , quod etiam non diuturnum fuit , cum omnis armorum procella se se in Galliam , ac Belgium effudisset , ac Philippus gravioribus

1558

dif-